



*Universitatem Macgillianam*

SALVERE JUBET

Collegium Owense in Universitate Victoriensi  
apud Mancunienses.

QUUM decimum iam lustrum, viri doctissimi, complevisset collegium nostrum, utpote a.d. iv. Id. Mart A.S. MDCCCLI primum discentibus patefactum, placuit nobis eo ipso die anni proxime instantis ferias, quod aiunt, iubilaeas agere et dies reddere festiores aula nova Academicos in usus dedicata. Fas est nobis sperare fore ut non pauci qui artibus optimis colendis faveant ab Universitatibus Collegiis Societatibus virorum doctorum cum externis tum nostratium legati adsint ut gaudii nostri participes fiant. Quare pergratum nobis feceritis, viri doctissimi, si unum e vobis quoque miseritis, cui hospitium laetum praebeamus Mancunienses. Quod si in animo habebitis ut nobis hoc petentibus adsentiatis, liceat nobis precari ut quam primum de nomine titulisque legati vestri nos certiores faciatis quem digno honore excipiamus.

*Deanshore*

*Praeses.*

*Thompson*

*Thesaurarius.*

*Alfred Hopkinson*

*Praepositus.*

MANCUNII

*a d. xi. Kal. Decemb. MCMl.*